Insusúrro, *hablar al oído*, alteri aliquid in aurem.

Ob.

Oppóno, Objécto, Objicio, *poner y echar*, se telis.
Offero, *ofrecer*, tibi officium.
Offúndo, *derramar*, caliginem óculis.
Obloquor, *hablar con otro*, tibi discrimina vocum.

Præ.

Præclúdo, *cerrar*, áditum alicui.
Præcipio, *mandar*, hoc tibi.
Præficio, *poner en oficio*, te civitáti.
Præfinio, *señalar*, tibi diem.
Præscribo, *señalar ó mandar*, jura civitátibus.
Præparo, *preparar*, regi domum.

Sub.

Subdúco, *sacar ó quitar*, tibi cibum.

Subjicio, *poner debajo*, ova gallinis.
 Subtraho, *sacar ó quitar*, materiam furóri se à cúria.
 Súggero, *dar*, tibi ratiónes.
 Suppóno, *poner debajo*, colla óneri.
 Subscribo, *escribir debajo*, nomen epistolæ, *favorecer*,
 odiis alicujus.
 Súpplico, *suplicar*, vobis véniam, pro amico.

Móneo.

Móneo, *amonestar*, te hanc rem : *hacer*, *saber*, illum de
 testamento.
 Admóneo, Commóneo, *amonestar*, te áliquid, *hacer sa-*
ber, illum de his rebus, fœderis.
 Commonefácio, *avisar*, te amicitia.

Dóceo.

Dóceo, *enseñar*, te literas, *hacer*, *saber*, te de hoc.
 Edóceo, *enseñar*, juventútem facinora : *hacer saber*, se-
 nátum de itinere hóstium.
 Dedóceo, *desenseñar*, áliquem hanc artem.

Item flágitó.

Flágitó, Posco, Reposco, *pedir*, vos nummos, *vel á vo-*
bis.
 Rogo, Interrogo, *preguntar*, áliquem multa, *vel de*
multis.
 Rogo, *por pedir*, te beneficium, *vel á te*.
 Celo, *encubrir*, me sermónem, de insidiis : hoc celetur
 patri.

Verba impléndi

Impleo, *llenar*, se aqua, spei.
 Cómpleo, *llenar*, forum lamentatióne
 Expleo, *henchir*, suos divitiis.
 Imbuo, *teñir ó empapar*, vestem sanguíne.
 Répleo, *llenar*, Tiberim corpóribus.
 Sátio, *hartar*, se somno, de.
 Farcio, Relêrcio, *embutir*, pulvinar rosa.
 Sáturo, *hartar*, se sanguíne.
 Cúmulo, *llenar*, ó *colmar*, áliquem laudibus.
 Augeo, *aumentar*, munus vobis.
 Obtruo, *cubrir*, illum lapidibus.

Vestiéndi.

Induo, *vestir*, te veste *vel tibi vestem*.

Véstio, Convéstio, *vestir* óculos membránis.
 Cálceo, *calzar*, áliquem cothúruis.
 Cingo, *ceñir*, urbem mœnibus.
 Sino, *aderezar*, lectum pelliculis.
 Instérno, *cubrir ó aderezar*, aulam regio ornátu.
 Instruo, *instruir*, te consiliis.
 Tego, *cubrir*, prudéntiam simulatióne.
 Redímio, *cercar ó coronar*, illum sertis.
 Exuo, *desnudar*, regem regno.
 Amicio, *cubrir*, te púrpura.
 Nudo, *desnudar*, murum præsidio.

Onerándi.

Onero, *cargar*, mensas épulis.
 Exónero, *descargar*, nos metu.
 Premio, *apretar*, urbem obsidióne.
 Opprimo, *oprimir*, hostem armis.
 Levo, *aliviar*, me ægritudine.
 Expólio, *despojar*, áliquem ópibus.
 Exháurio, *agotar*, provinciã sumptu ; *sacar*, pecúniã
 ex ærario.
 Evérto, *echar*, áliquem fortúnis.

Liberándi.

Exsólvó, *desatar*, álium vinculis.
 Expédio, *desembarazar*, se moléstia, ab occupatióne.
 Impédio, *impedir*, me negótiis.
 Implico, Irrelío, Illáqueo, *enredar*, se illécebris.
 Alligo, Adstringo, Obligo, Obstringo, *obligar*, te bene-
 ficiis.

Privándi.

Privo, *privar*, patrem vita.
 Dejicio, *derribar*, te statu, *vel de*.
 Fraudo, *despojar con engaño*, áliquem pecúnia.
 Prohibeo, *prohibir*, prædones insula, *vel ab*.
 Orbo, *privar de cosa amada*, patrem filio.
 Viduo, *privar*, urbem civibus.
 Abdico, *quitar y privar*, se magistrátu, libertáte, etc.,
 etc.
 Defraúdo, *quitar con engaño*, te drachma.
 Emúngo, *limpiar ó despojar*, senem argénto.
 Múnero, *vel Múneror*, *presentar*, te his rebus, *remune-*
rar.
 Remúnero, *vel Remúneror*, *galardonar*, te múnere : *re-*
compensar, méritum.

Afficio, *dar ó causar*, te tristitia, dolore, lætitia, etc.
 Prósequor, *sequir*, te amore, odio, laude, honore, etc.,
amar, etc.

Muto, *mudar*, gaudium mœrore.

Commuto, *trocár*, fidem pecunia.

Permuto, *trocár*, aliquid mercede.

Petendi.

Peto, Efflágito, Exigo, Contendo, *pedir*, hoc à te.

Déprecor, *rogar*, aliquid illum, *vel* ab illo : mortem de-
 precari, *pedir que no le maten* : pœnam, *que no le cas-*
tiquen.

Oro, *rogar*, hoc à te.

Exoro, Impetro, *alcánzar con ruegos*, civitatem ab
 hoste.

Expóstulo, *pedir*, hoc à te : *quejarse*, cum aliquo de hac
 re, *vel* hanc rem.

Percontandi.

Percontor, *preguntar disciplinam à*, *vel* ex vobis : illum
 de hac re.

Quæro, *preguntar*, illud à te, *vel* ex te.

Sciscitor, *preguntar*, à, *vel* ex aliquo sententiam.

Auferendi.

Aufero, *quitar*, vasa huic, *vel* ab hoc, pecuniam ex, *vel*
 de ærario.

Eripio, *arrebatar*, aliquem morti, à, *vel* ex custodia.

Furor, *hurtar*, hoc alteri, abs te.

Subripio, *tomar á escondidas*, aliquid alicui, *vel* ab ali-
 quo.

Abripio, *arrebatar*, filios à, *vel* ex compléxu.

Abduco, *quitar por fuerza*, discipulum à magistro.

Abstraho, *tomar o sacar por fuerza*; se à valetudine.

Abaliéno, *enajenar*, voluntatem à me.

Abrádo, *raer ó quitar con fuerza*, hoc à te.

Avélló, *arrancar ó apartar*, aliquem, á, *vel* è, *vel* de
 suis.

Adjú dico, *quitar por sentenciam*, agrum à vobis : sibi li-
 bertatem.

Removendi.

Remóveo, *apartar*, se à suspicione.

Deflécto, *apartar*, se à via : *doblegar*, ramum.
 Cómitor, *acompañar*, filium, huic vitæ.

Amóveo, *apartar*, curam à se.

Avoco, *apartar*, se à vitiis.

Arceo, *echar ó apartar*, hostem à mœnibus.

Ejicio, *echar*, aliquem à suis, se è, *vel* ex navi in terram.

Repéllo, *rechazar ó arrojar*, fratrem à génibus.

Avérto, *apartar*, hostem à portis.

Pello, Depéllo, Expéllo, *echar á empujones*, te domo, *vel*
 à, *vel* de domo.

Révoco, *volver apartando*, aliquem ab incépto : illum ex
 morte ad vitam.

Extúrbo, Detúrbo, *derribar*, illum tribunáli, *vel* de,
vel à.

Abigo, *apartar ú ojear*, pestem à me.

Séparo, *apartar ó dividir*, vera à falsis.

Abstinendi.

Abstíneo, *abstenerse*, se aliénis, *vel* ab aliénis.

Cohíbeo, *refrenar*, manus ab auro.

Refræno, *refrenar*, adolescentem à glória.

Contíneo, *refrenar*, manus ab aliquo.

Accipiendi.

Accípio, *recibir*, aliquid à te.

Sumo, *tomar*, à te exemplum : de te supplicium, *te cas-*
tigo.

Mercor, *mercår*, pállium à vobis.

Condúco, *tomar á alquiler*, domum ab illo.

Emo, *comprar*, vestem ab aliquo.

Cólligo, *coger*, fructus ex árbore.

Repórto, *traer ó alcánzar*, victóriam ex hóstibus.

Mú tuo, *tomar prestado*, talentum à parte.

Fœneror, *tomar á logro*, ab eo hæreditatem.

Intelligendi.

Intélligo, *entender*, hoc ex te, *vel* de te.

Disco, *aprender*, causam à, *vel* de te.

Cognóscó, *conocer*, aliquid ex alio.

Agnóscó, *reconocer*, hoc ex illo.

Conjúcio, *conjecto*, *conjeturar*, hoc ex tuis literis, *vel* de :
 aliquem in vincula, *prender á uno*.

VARIA CONSTRUCTIO.

Declino, *apartarse*, urbem, *vel* urbe, *vel* ab urbe.

Deflécto, *apartarse*, de via : *doblegar*, ramum.

Cómitor, *acompañar*, filium, huic vitæ.

Dissentio, *vel* Disséntior, *ser de contrario parecer*, ab aliquo, *vel cum*, in, *aut de oratione*.

Desisio, *desistir*, causa, *vel à causa*.

Móderor, *moderar*, cupiditati; *gubernar*, rempublicam.

Dóminor, *señorear*, regni, in suos, *vel in fortunis*.

Beneméror, *hacer bien*; Maleméror, *hacer mal*: de te óptime mereor.

Specto, *mirar ó probar*, vitam ex móribus. Quò spectat oratio? *¿ Adónde se endereza la plática?*

Cónfero, Cómparo, *juntar*, *comparar*, se illi, *vel cum illo*, y cotejar.

Cónfero me in urbem, *voy à la ciudad*: beneficia in aliquem, *hacer mercedes à alguno*.

Aspérgo, *rociar*, salem carni, *vel carnem sale*.

Interelúdo, *estorbar*, commeatum inimicis, *vel inimicos commeatu*.

Excedo, *partirse*, urbe: *exceder*, modum.

Témpero *gubernar ó ordenar*, rempublicam légibus: *templar mezclando*, vinum aqua; *moderarse en algo*, sibi lácrymas, *vel se in lácrymis*; temperare se ab injúria, *no injuriar*.

Háurio, *sacar*, aquam à, *vel ex*, *vel de*, *vel è fonte*.

Animadvérto, *echar de ver*, rem aliquam: *castigar*, in aliquem.

Péndeo, *dependere*, vita mea ex, *vel de te*; *pesar*, ánnulus únciam auri pendet: *pendere ánimi*, *vel ánimo*, *estar suspenso ó desmayar*.

Renúatio, *hacer saber*, hoc tibi: aliquem cónsulem, *declararle por cónsul*: societatem, hospítium alicui, *avisarle que no quiere su compañía*, etc. Hæreditati, *renunciar la herencia*.

Súbeo, *subir de abajo arriba*, tectum, *vel ad hostes*: *tomar ó padecer*, labórem: *ofrecerse*, mihi cura, *vel me peniténia*.

Véror, *reverenciar*, patrem: Véror tibi, *temo no te venga mal*: à te supplicium, *temo de tí el castigo*: véror de illo, *recélome de él*.

Despéro, *desconfiar ó perder la esperanza*, vitam, *vel salutem*, *vel de republica*.

Respóndeo, *responder*, ratiónem mihi ad interrogata, *corresponder*, virtus opinióni.

Tollo, *quitar*, suspiciónem alicui; simulacra è, *vel ex*, *vel de templis*: aliquem de medio, *matarle*.

Erúmpto, *salir con ímpetu*, in aliquem, se foras; *echar ó sacar*, iram, *vel stómachum* in alium, *enojarse contra alguno*.

Ulciscor, *tomar venganza*, inimicum, injúrias, me.

Vindico, *vengar*, mortem illius, se ab aliquo: *librar*, aliquem à moléstia: *Remp*. in libertatem, *volver la república à su libertad*.

Hábito, *residir ó habitar*, urbem, urbe, *vel in urbe*. Bene habitare, *estar bien alojado*. Técum habita, *reflexiona*.

Gero, *llevar*, *tratar*, *hacer*, bellum: se ut hæredem, *vel pro cive*, *portarse como tal*: mórem alicui, *condescender con alguno*: censuram, *ser censor*.

Cápío, *por caber*. Plures non capit hic locus, *no caben mas aquí*.

DE INSTITUTIONE
GRAMMATICÆ.

LIBER QUINTUS.

DE SYLLABARUM QUANTITATE,

AC VERSIFICANDI RATIONE.

De quarumdam literarum potestate.

1. X, et Zeta gerunt vires ubicumque duarum
Atque duas inter vocales jota repertum.
2. I, u vocalis fit consona sæpe, latinas
Utraque vocales feriens : ut *Jánua, Virtus.*
3. U sequitur post q semper, semperque liquescit;
At post s, aut g vim servat, vimque remittit.
4. L, atque r mutis percussæ sæpe liquescunt.
M, aut n raro; sed græca in origine tantum.

Syllabæ fiunt vel ex una, vel ex pluribus literis, ut, a, i, vir, mons, etc.

Literæ partim vocales sunt, partim consonantes : vocales a, e, i, o, u, y : ex quibus sex fiunt diphthongi æ, au, ei, eu, æ, yi, ut *Præsto, Aúdio, Hei, Euris, Pæna, Harpyia.* Ex consonantibus aliæ mutæ sunt : ut b, c, d, g, k, p, q, t. Dicuntur mutæ, quod per se sine vocalium adminiculo pronuntiari nequeunt. Aliæ semivocales : ut f, l, m, n, r, s, x, z. Dicuntur semivocales, quod ipsæ per se, etiamsi non planè, et apertè, ut vocales, obscurò tamen sonant. Quarum nonnullæ vária sortiuntur múnera, ut mox dicemus.

1. X et z dúplices sunt, hoc est, vim habent duarum consonantium. Nam x valet c s, vel g s, ut *Dux, Rex*; z valet d s, vel duplex ss, si veteres consulas, qui z literam per duplex ss, reddebant, ut *Patrizo, Patrisso.* J inter duas vocales duplex etiam est; ut *Major, Ejus.* Prisci autem hoc loco i geminabant, ut *Maiior, Eiius.* Breviántur tamen *Quadrijugus, Bijugus.*

2 I, et u, cum vocalibus præponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes, ut *Janua, Virtus.*

3 U post q semper liquescit, ut *Quare.* Post s verò liquescit sequente a vel e, in prima nominis, vel verbi positione, hoc est, cum masculina terminatio nominis in Nominativo, aut prima persona verbi indicativi incipiat à sua, vel sue, ut *suavis, suesco.* Quare in *Suebam* à verbo *Suo, is,* non est liquida. Solent interdum poëtæ u liquidam vocalem facere : ut *Lucan. lib. 2: Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos.* Post g liquescit etiam u, sequente vocali; modò non sit altera, u, *Lingua, Sanguis.* Quare in vocibus, *Ambiguus, Exiguus, u* vocalis est. In verbo tamen *Arguo,* et in quibusdam præteritis secundæ conjugationis, ut *vigui, indigni, rigui,* et si qua sunt alia, u vocalis est, quia in his præteritis u ponitur loco e præsentis, quæ non est liquida.

4 L, atque r, cum à mutis percipiuntur, liquidæ sunt, ut *Plenus, Trado.* M, et n raro liquescunt, idque in græcis tantum dictionibus, ut *Tecmessa, Cygnus.* Horat.: *Forma captivæ dominum Tecmessa.* Idem, lib. 4: *Donatúra cygni, si libeat, sonum.* Dicuntur autem literæ liquescere, cum vim suam, roburque amittunt, in propriis exemplis.

PRÆCEPTA UNIVERSA.

De Syllabarum quantitate.

1. Syllaba longa duplo; brevis uno 1 tempore fertur.
2. Ancipites profert vocales sermo latinus,
Nam modò correptas, modò longas promit easdem,

1 Tempus est intervallum, spatiumque, quo syllaba pronuntiatur. 2 Nulla vocalis apud Latinos perpetuò aut brevis, aut longa est : sic in *amare* prima a brevis est, secunda longa : apud Græcos *Epsilon* et *Omicron,* quæ et e, et o valent, perpetuò sunt breves : *Eta,* quæ ferè per e, et *Omega,* quæ semper per o latinè redduntur, perpetuò sunt longæ : *Alpha, Iota,* et *Ypsilon* indifferentes : non in omni tamen dictione, sed in diversis.

Præceptum primum de Diphthongis.

Syllaba, quam scribis 1 *Diphthongo,* longa notètur; Sed 2 *Præ,* vocali, dabitur variata, sequente.

1 Modò græca, modò latina sit diphthongus, ut *Æneas,* *Pæna* : 2 ut *præopto, præeo.*

Præoptare caret, si quod placet, atque necesse est.
Martian. Capell. 1.

Præmia cum vacuus domino præiret Arion. *Stat. Thebaid 6.*

II. DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Vocalem rapuere, alia subeunte, latini.

Tenditur e quintæ casus, qui existit in 1 *ei*,
Res tamen, atque *Fides*, et *Spes* rapiuntur ibidem.

2. *R* nisi succedat, recipit duo tempora *Fio*.

Est 3 *ius* longum genitivi; in versibus anceps.

Corripit *Alterius*, semper producit *Alius*.

Eheu longa datur; recte variabitur 4 *Ohe*.

Prætrahe 5 *Pompei* et *Cat*, similesque vocandi.

Sed 6 Græci variant, nec certa lege tenentur.

1 Ut *speciei*, in Genitivo et Dativo: 2 ut *ferem*. 3 Nam soluta oratio *illius* profert, penultima longa: poetæ *illius*, vel *illius*, media ancipite. 4 *Mart. lib. 4: Ohe jam satis est, ohe libelle*: nam hic poeta in carmine Hendecasyllabo semper in prima regione Spondæum collocat, 5 *Ovid. 4 de Ponto: Accipe, Pompei deductum carmen ab illo: 6 ut Cytheræa, Philosophia.*

III. DE POSITIONE.

Consona si 1 duplex vocalem, aut 2 bina sequatur,

Vocalis positu remanens producta sonabit:

3. Bina sit in verbis quamvis disjuncta duobus.

1 Ut *Gaza, Araxes, Troja major*. De jota intellige in medio dictionis simplicis; 2 ut *Terra*; 3 ut *At pius*: ubi *At* producit. Si verò utraque consona, aut duplex sit in principio sequentis dictionis, præcedentem vocalem brevem naturam non fecit longam, ut *Lucente, Smaragdus*.

IV. DE LIQUIDIS.

Syllaba 1 si brevis est natura, et muta sequatur

Cum liquida, semper breviabit 2 sermo solutus;

At 3 carmen poterit producere, seu breviare.

1 Ut *Conflagro*, nam *flagro* natura sua corripitur; 2 nam in soluta oratione semper *Conflagro*, 3 sed in carmine, *Conflagro*, vel *Conflagro*. Notabis mutam, et liquidam debere ad sequentem vocalem pertinere, ut in *Fragro*, *g* et *r* pertinent ad sequens *o*. Quod non accidit in *Abluo*, ubi *a* producit semper positione, quia *b* pertinet ad præcedens *a*.

V. DE PRÆTERITIS.

Præteriti sit longa prior, cui syllaba 1 duplex.

Sto, Do, 2 Scindo, Fero rapiunt, *Bibo, 3 Fingoque, Sisto*.

Quod si præteriti 4 geminetur syllaba prima,

Utraque corripitur, nisi 5 duplex consona tardet.

Cædo 6 *Cecidit* habet, cui junges *Pedo, pepedit*.

1 Ut *Veni, vidi, vici*. 2 Sic *conscidit abscedit* à *Scindo*, sed *abscedit* ab *abs* et *cædo*: 3 sic *Diffidit* à *Diffindo*: 4 ut *tutudi*; *cæcidit* à *cædo*: 5 ut *sefelli*. 6 In *cæcidi* et *pepedi* utraque media est longa, et utraque prima est brevis, *Juv. Sat. 3: Ebrius, ac petulans qui nullum forte cæcidit*.

VI. DE SUPINIS.

Longa *Supina* manent 1 *dissyllaba* sede priore.

Ast 2 *Eo*, cum 3 *Cico, Sero* junges, *Reorque, 4 Lindoque*.

Tum *Queo*, et 5 *orta Ruo, Sino, Do* rapuere priores.

Communem *Statum* primam servare videtur.

Inde 6 *Stitum* breviter soboles, extendit in *atum*:

Inde 7 *Status* curtat; 8 *Sta virus* porrigit usus.

Longa *supina* damus *polysyllaba* semper in 9 *utum*.

Ex 10 *vi* præteritis quibus *v* sit consona, fiat.

In *tum* perpetuo penultima longa *supini*.

Cætera corripies in 11 *itum* quæcumque *supina*.

1 Ut *visum, motum*. 2 *Itum* cum compositis, ut *aditum*; excepe *Ambitum*, et *Ambitus, ta, tum*, ab *Ambio*. *Ovid. Jussit et ambitæ circumdare litora terræ*: etiamsi nomen *Ambitus*, et *Ambitio* eandem corripunt. 3 *Citum* à *Cico* secundæ conjugationis: sic *concitum, excitum, percitum*, penultima brevi; nam *concitus, excitus, percitatus*, penultima longa sunt à *Cio* quartæ conjugationis. 4 *Inde oblitus* pen. brevi; nam *oblitus*, pen. longa, est ab *Obliviscor*. 5 Trisyllabum est *ruitum*; sed ponitur propter composita *obrutum, eritum*, etc. 6 Nam dicimus *Constitum* et *constitum*. 7 *Status, us*, corripitur *Ovid. 5 Fast. Hic status in cælo multos permansit in annos* et etiam *Status, ta, tum*. Idem 3 *Fast. Musa, quid Fastis non stata sacra petis?* 8 *Luc. lib. 3: Tunc re immenso placuit stabura labore*. 9 *Ut solutum, argutum*. 10 ut *Amivi, amatum; delævi, delatum; pelivi, petitum*. 11 ut *Monitum, Fugitum*.

VII. DE DERIVATIS.

1. *Derivata* sua sumpserè ab origine normam;

2. Multa tamen se jure suo, ductuque tuentur;

Quæ sint illa, tamen Vates, Ususque docébunt.

1 Sic *Legēbam* habet primum *e* breve, quia à *Lego* : *Légeram* verò habet primum *e* longum, quia à *Legi*; sic *Arātrum*, ab *Aro*.

2 Nam multa à longa origine corripuntur, *Arista*, *Lucērna*, ab *āreo*, *lūceo*. Contra multa producuntur à brevi origine, ut *latērna*, *lāleo*; *rēgula*, à *rego*.

VIII. DE COMPOSITIONE.

1. Legem *simplicium* retinent 2 *compōsta* suorum, Vocalem licet, aut 3 *Diphthōngum* syllaba mutet. *Juro* tamen longum, breve *Dējero*, *Pējero* gignit. Ex *Hilum Nihilum*, à *Sopitus Semisopitus*. Agnitus à *Nātus*, correptis *Cōgnitus* hærent. Tumque 4 *Dicus Dico*; tum *Prōnuba*, et *Innuba Nubo*. Longum 5 *Imbecillus* : variant *Connubia* vates.

Ut *pérlego* médiam corripit, quia *lego* corripit primam. 2 *Cōncido* médiam corripit, quia *cado* corripit primam. 3 Sic *cōncido* médiam producit à diphthōngo *cædo* : et *Suffoco* à *faux*. 4 Ut *malēdicus*. 5 *Bacillus* corripit primam; at *imbecillus* producit secundam.

IX. DE COMPOSITIONE PRÆPOSITIONIS.

1. Præpositiva aliis si pars connectitur ulla,
2. Quanta fuit sejuncta prius, conjuncta manebit,
3. Præpositæ modò nulla prius data norma resistat.
4. *È*, *De*, *Præ*, *Se*, *Di*, componens non breviâbis. In *Dirimo* brevis esto prior, comes esto *Disertus*. A 5 *Lātium* produc componens; contrahe 6 *græcum*. Est *Re* breve; at 7 *Refert* protendunt sæpè poëtæ. Corripi *Pro* 8 *græcum* compōstum; extende 9 *latinum*. Excipe, quæ 10 *Fundus*, *Fugio*, *Neptisque*, *Nepōsque*, Et *Fetus*, *Fari*, *Fâteor Fanumque* creantur. Huc *Prōfugus* spectat, *Proficiscor*, junge *Protērvus* : Atque *Propāgo* 11 genus, *Properare*, *Procēlla*, *Profectio*. *Proctro*, commune datur, *Propino*, *Profundo*. Longa 12 *Propagare*, et 13 *Prosērpina* sæpius optant : 14. *Propello* melius, *Propulso* *Lucretius* addit.

1 Præpositiva pars, id est, *præpositio* : 2 ut *apērio et opērio*, corripunt primam, quia *Ad* et *Ob*, natura sunt breves : sic *Omito* : 3 ut *admitto*, producitur enim propter sequens *m* : 4 ut *emitto*, *depono*, *præfero*, *senoveo*, *didūco* : 5 ut *amens* : 6 ut *asylum*, *ādita*, *orum*. 7 *Re* perpe-tuò brevis est, si naturam spectes : cum autem poëtæ volunt producere, geminant consonantem : ut in *relli-gio*, *reppulit*, *reppriet*, *redaūco* : sic in *Fero*, *cum re* poëtæ geminant consonantem, dicuntque *reffero*, *rellu-*

lit rellatum : quamobrem, qui absque hac geminatione producunt, deducentes ab ablativo *re*, perpēdant in aliis quoque significationibus produci hoc verbum à poëtis. *Serēnus* : *Sic etiam rutilus refertur pectore sanguis*. *Horatius* : *Inde pedem referre pudor vetat aut operis lex*. Sic legunt *Lambinus*, *Turnæbus*, *Achilles Stätius* et antiqui cōdices. *Ovid*. 13 *Metam.* : *Sed enim quia rettulit Ajax*. Igitur semper, cum producitur hoc verbum, debet scribi duplici *ff*, modò sit personale, modò, quod vulgus dicit, impersonale. Sic sentiunt de hoc verbo *Georgius Valla*, *Franciscus Brocensis*; et indicat *Nebrissensis* in commentariis, multique alii viri docti : 8 ut *Prōlogus*, *Propōntis* : 9 ut *promitto* : 10 ut *profundus*, *profugio*, *proneptis*, *pronepos*, *profestus*, *profor*, *profiteor*, *profanus* : sunt, qui putent hæc, et similia ideo corripit, quòd componantur non à *Pro*, sed ab advèrbio *Procul*. 11 De hoc nomine hoc est discrimen : cum ad *genus* refertur, corripitur. *Lucan*. lib. 6 : *Quam prior affitur Pompèii clara propāgo* : cum ad *vites*, aut *arbores*, producitur. *Virg*. 2 *Georg.* : *Pressos propāginis arcus*. 12 *Melius* produces; sed aliquando quoque corripies, nam *Lucr*. lib. 1 : *Nec ratione fluunt alia, stragemque propāgant*. *Rarissimè* corripitur. 14 *Propellio* et *Propulso* melius producuntur : tametsi utrumque corripuerit *Lucr*. lib. 4.

X. DE COMPOSITIS AB ALIIS DICTIONIBUS.

- De A*— 1 *A* tende extrēmum compōsti in parte priori. *De E*— 2 *E* brevis effertur claudens extrēma priorem Compōsti partem, veluti *Stupefacta*, *Nefandus*. *Nequidquam* produc, *Nequādo*, 3 *Venefica*, *Nequam*, *Nequitia*, et *Nequis*, *Credoque*, 4 *Videlicet* : adde *Necubi*, *Nequāquam*. Vārium *Liquefio* feratur. *De I et Y*— I quoque corripitur, seu *græcum*, sive *latinum*. *Omnipotens* veluti, et *Polydorus*. Protrahe *siquis*, 5 *Vipera*, tum *Bigæ*, *Tibicen*, *Ubique*, *Quadrigæ*, *Bimus* cum sociis, et *Ubilibet*, *Ilicet*, atque *Illis Nimirum*, *Trindercia* jungito, et 7 *Idem* Masculeum, necnon et *Ubivis*, *Scilicet*, adde *Siquando*, atque *Meliphyllon* comitatur *Ibidem*. Produc, *Quadrivuo* dempto, compōsta 8 *Diēi*. 9 quoque non fixum tendes. *Ubiūmque* sit anceps. *De O et Omega*— Partem compōsti claudens o 10 *parva* priorem. *Græca* brevis; sed 11 *magna* tamen tendatur *ibidem*. Sed tamen 12 o *Lātium* semper producitur. 13 *Inde* Excipe. *Quandōquidem*, atque *Hodie* cum *Bardocuculle* *De V*—, *V*. 14 *f* compōsti pars est prior effice curtam.

1 Ut *Malo*. 2 Habes jam exempla inibi. 3 Sic *veneficus* et *Veneficum*. 4 Crèditur factum ex *videre* et *licet*. 5 Nam vel dicta est quasi *vi pariens*, ut vulgò fertur, vel dicta est quasi *vivipera*, quod ea sola ferè serpentiùm generibus, non ovum, sed animal pariat; quod vult Guillel. Canter. 1. 6. Nov. Lect. cap. 16 probatque testimonio Nicandri: 6 ut *trimus*, *quadrinus*. 7 Nam *idem* neutrum corripitur: 8 ut *meridies*, *quotidie*, *triduum*, cum tamen *quatrividuum* corripitur: 9 ut *quidam*: 10 ut *Cymothoe*, *Carpophorus*, sed Martialis producit *Theophila* et *Theophorus*: propter multas fortassis breves vocales: 11 ut *Lagopus*, *Geometra*, *Minotaurus*: 12 ut *Quandocumque*, *cæteròquin*. 13 Adde his *controversia*, *controversor*, *controversus*, quæ corripit Sidonius. 14 *Cornupeta*, *Trojæna*.

DE INCREMENTO NOMINIS

Quid sit incrementum.

Cum rectum superat Genitivus syllabâ in una, Tunc ea, quæ fuerit patrii penultima casus, *Creméntum* primum est: numerus quod et 1 unus et alter Respicit, atque gradu mensuram amplectitur æquo.

1. Nam, verbi gratia, in *sermónis*, *sermónes*, *sermónibus* illud *mo* tam in singulari, quam in plurali pro eodem creménto comparatur. Nota esse voces, quæ duplex habent creméntum. Ut *iter*, *itineris*; *supéllex*, *supellæctilis*; *biceps*, *bicipitis*, etc.

DE INCREMENTO DECLINATIONUM.

1. Nullum prima dabit creméntum: multa secunda Et brevía, ut *Pæri*: solum producit 2 *Ibéri*.
1. Intèllige in singulari, nam in plurali habet creménta, ut *musarum*; de quo infra. 2 Produçitur quoque ejus compositum *Celtiber*, *Celtiberi*.

DE INCREMENTO.

Tertiæ declinâtionis.

De litera A—. Nomen in *a* crescens, quod fectit 1 tertia produç.

Mâscula corréptis, *al* et *ar* finita dabuntur, Ut *Lar*, *Sal*, *Hepar*; junges cum *Nectare*, *Bacchar*, Cum *Vade*, *Mas* et *Anas* cum 2 *natis Parque*, *Jubarque*. *As*, et *a* græcorum, ceu *Lampas*, *Stemma*, *Poema*.

3. S quoque finitum, cui cónsona pónitur ante: Et *Dropax*, *Anthrax*, *Atrax*, cum *Smilacæ*, *Olimax*, His *Atacem*, *Pánacem*, *Cólacem*, *Styracemque*, *Facémque*.

Atque *Abacem*, *Córacem*, *Phylacem*, 4 *Compóstaque* nectes.

1. Ut *Vectigal*, *dlis*; *Titan*, *ánis*. 2 Ut *impar*, *compar*.
- 3 Ut *Trobs*, *Arabs*, *Arabis*. 4 Ut *Arctophylax*, etc.

De litera E—. 1 *E* breve sit crescens; patrius tendatur in 2 *Enis*.

Ver, et 3 *Iber*, *Lócuples*, *Hæres*, *Mercêsque*, *quiesque* *Lex*, *Halec*, *Halex*, *Seps*, *Plebs*, *Rea*, jungito *Vervecæ*. *El* 4 peregrina *elis* junges: his adice græca.

5. *Er*, aut *es* finita: *Æther* rapiantur et *Aer*.

1. Ut *pulvis*, *pulveris*; *degener*, *degeneris*. 2 Ut *ren*, *renis*; *siren*, *sirenis*. 3 Ideò inter nómína tertiæ constituitur: nam Plinius dixit: *Ibèris*. 4 Ut *Michael*, *Ráphael*, *elis*. 5 Ut *crater*, *éris*; *tapes*, *étis*.

De litera I, vel Y—. *I* rapitur velut *Ordo*, *Chlamys* sed patrius *inis*.

1. Tenditur in græcis: *Vibex* produçito, *Samnis*, *Glis* quoque, *Dis*, *Nesis*, *Lis*, *Gryps*, quibus adde *Quiritem*.

2. *Ia*, aut *ya* patrium producere gaudet in *icis*. *I* breve servarunt *Hystrix*, cum *Fornice*, *Varix*, *Coxendixque*, *Cilyx*, *Chænix*, *Natrixque*, *Calixque*, Atque *Calyx* Danaum nectes, *Erycémque*, *Vicémque*, *Sardonychi* sociatur *Onyx* hæret utrique, Et *Sálicis*, *Filicis*, *Láricis*: sic 3 *Bebrycis* anceps. Sed brevibus junges, in 4 *Gis* cum patrius exit: *Coccyx* *Coccygis*; *Mastix* *Mastigis* amavit.

1. *Inis*, vel *ynis* græcum produçitur, ut *Delphin*, *inis*; *Phorcyn*, *ynis*. 2 Ut *Felix*, *icis*; *Bombyx*, *ycis*: excipe *Hystrix*, et reliqua. 3 Silius, lib. 3, produçit. *Possessus* *Baccho* sava *Bebrycis* in aula. Valer. Flacc. lib. 8, corripit: *Bebrycis* ut *Scythici* procul inclementia sacri. 4 Ut *Phryx*, *gis*; *Iápyx*, *ygis*; à quibus excipe *Coccyx* et *Mastix*.

De litera O—. Nomen in *o* crescens produç, ceu *Candor*, *Arator*.

Omicron, ut *Canonis*, retinet breve tempus ubique: *Omega* produçit semper, genitivus *Agonis*.

Indicat, atque usu multa exploranda Magistro.

Sed variant *Briton*, *Sidon*, quibus addito *Orion*.

1. Græcorum rapiatur *Oris*, neutrumque 2 latinum. Adjectiva gradus 3 mediū produçito semper.
4. *Oris* ab *Os* produç: brevibus *Memor*, *Arbor* adhærent. Et *Lepus*, et 5 *Pus* compositum, 6 *Bos* et *Impos*. Corripi *Cappadocem*, cum *Præcoce*: jungito nomen.